¶ Paruus libellus continens formã multarũ rerũ put
pater in kalendario in fine inde contenta.



¶ Carta feodi simplicis cum
litera attornatoria.

S Ciant presentes et fu
turi qd ego W H Gen
tylman Consanguí-
neus et heres R H vi
delz filius J H Armigeri defun-
cti frater dñi R dedi cõcessi et hac
presenti carta mea confirmaui W
C Armigero et J S Clerico Ma
nerium meum de T cum omni-
bus suis membris & ptin ac omnia terras et tenta mea
redditus reuersiones et seruit prata pascuas pasturas
boscos et subboscos cum suis pertin in T in Com B
hend et tenend predictum Manerium cum omnibus suis
membris et ptin ac omnia predca terras et tenta reddi
tus reuersiones et seruit cum suis pertin prefatis W C
et J S et hered et assignatis suis imppm de Capita-
libus dñis feodi illius per seruitia inde debita et de iure
consueta. Et ego vero predcus W H et hered mei predictu
Manerium cum oib⁹ suis mebris & pertin ac oia predca
terras et tenta redditus reuerc. et seruic. prata pascuas
pastas boscos & subboscos cum suis ptin prefat W C J
hered & assign suis contra oes gentes warantizabimus
et imppm defendem⁹ per presentes. Et vlteri⁹ sciatis
me prefatum W fecisse ordinasse constituisse et in loco
meo posuisse dilcos michi in xpo R F et W S meos ve
ros et legitimos attornatos coniunctim et diuisim ad

A.i.

possessionē capiend̄ p me ⁊ in noīe meo de et in p̄dict
Manerio t̄ris tenementis redditibus reuerc̄ ⁊ seruic̄
cū oībus suis ptiñ ⁊ post hmōi possessionem sic inde ca
ptam ⁊ habitā deinde p me ⁊ in nomine meo plenam ⁊
pacificam possessionē et seisinā p̄fat̄ W ⁊ J vel eorum
in hac parte atturnat̄ deliberand̄ scd̄m tenorē vim for-
mam ⁊ effectū huius p̄ntis Carte mee inde confectam
ratū gratum habent̄ ⁊ habitur̄ totum ⁊ quicq̄d p̄dicti at
turnat̄ mei noīe meo fecerint vel alter eorum fecerit in
p̄missis In cuius rei testimoniū huic p̄nti Carte mee
sigillū meū apposui. Data apud T p̄dcām Anno reg-
ni Regis H. vii. xx. his testibus. A B C S E.

Carta feodi simplicis facta viro et vxori coniunctim feoffat̄.

SCiant presentes et futuri q̄ ego R B de S de-
di concessi ⁊ hac p̄nti Carta mea cōfirmaui A T
de eadem ⁊ E vxori sue totū illud mesuagiū meū qd̄ ego
habeo i dicta villa de S ⁊ sexagita Acras t̄re Arabil̄ in
campis dicte ville qd̄ quidem mesuagiū situatū est inter
tenitum R Beynam ex pte Australi et teñtū J B ex p-
te Boriali ⁊ abbuttat super stratā Regiā v̄sus occiden
tem et predicte sexaginta Acre terre iacent in campo
Orientali dicte ville quarum viginti Acre t̄re iacent si
mul in quod̄ forlongo vocato L. ⁊ Alie viginti Acre ter
re iacēt ex parte Australi eiusdem campi sil̄ int̄ terras
dn̄icales ⁊ abuttāt versus austrū sup pratū voc̄ B. ⁊ A
lie viginti acre iacent diuisim in dicto campo quaꝝ q̄n
q3 iacēt inter terram J B ex pte Boriali et terrā E D.
ex parte australi ⁊ extendūt se ad quēdā riuulum aque
vocatū C ex parte orientali dicti campi et quinq3 Acre

iacent inter terrã J F ex partibus Australi ⁊ boꝛiali et extendũt se ad pꝛedictum riuulum aque et tres acre iacent iter terrã S H ex parte Boꝛiali ⁊ terrã J K ex p̄te Australi ⁊ extendũt se super semitã de L p̄dict v̄sus Occidētē: ⁊ alie.vii.acre iacent ex opposito kritoꝛii dicte ville inter terras L M ex p̄tibus boꝛiali et australi et extendunt se vsq3 ad Croftũ N O versus Occidentē habenđ ⁊ tenenđ p̄dcm̄ mesuagium ⁊ sexaginta acras terre arabilis cũ oĩb⁹ suis vbiq3 partiñ p̄fatis A T ⁊ E heređ ⁊ assigñ suis imperpetuũ de capitalib⁹ dñis feodi illius per seruitia inde debita et de iure consueta. Et ego vero pꝛedict⁹ R B ⁊ heređ mei p̄dictũ mesuagium et sexaginta acras terre arabilis cum oĩbus pertineñ pꝛefatis A S ⁊ E heređ ⁊ assigñ suis ꝯtra oĩs gentes warantizabimus et imperpetuũ defendemus per pꝛesentes J cuius rei vtš.

¶ Carta feodi simplicis facta per viduam.

SCiant pꝛesētes.⁊c.ꝙ Ego Alicia W relicta cuiusdam R W de N in pura viduitate mea et legittima potestate dedi concessi ex hac p̄nti Carta ⁊c.

¶ Carta feodi firme facte per dñm capitalem.

SCiant ⁊c.ꝙ Ego J S dñs de D dedi concessi ⁊c. W E vnum mesuagiũ cum gardino ⁊ viginti acras terre arrabilis in villa et in campis de D quod quidē Mesuagium voc B et pꝛedicte viginti Acre terre iacent simul iunct dicto gardino ex parte boꝛiali

dicti gardini habend̄ ꝛ tenend̄ predictum mesuagium cū gardino ꝛ predictas viginti acras terre arabilis cū pertinen̄ prefato W hered̄ et assignat̄ suis imppm̄ de me ꝛ hered̄ meis reddend̄ inde ānuatim michi et hered̄ meis vigiti solidos sterlingorū ad festa sci Michaelis Archangeli ꝛ Annūciat̄ btē marie virginis p equales portiones ꝛ fac̄. sectā Curie mee de D pred̄ quotiēs teneri contigerit p oib⁹ aliis secularib⁹ seruiciis ex actis et ddis Et ego vero p̄dcūs J S ꝛ hered̄ mei p̄dcm̄ mesuagiū cū gardino et p̄dict̄ viginti Acras terre arabil̄ cū suis ptin̄ p̄fat̄ W hered̄ ꝛ assign̄ suis contra oēs gentis warantizabim⁹ imppm̄ ꝛ defendemus p p̄sētes in cuius rei testimoniū huic p̄senti Carte mee Sigillum armorū meorū apposui. Data ꝛc. hiis testibus. ꝛc.

¶ Carta feodi simplicis cū conditione.

SCiant presentes et futuri q̄ Ego J W de M dedi cōcessi et hac p̄nti Carta mea indentata confirmaui S W de eadem omnia illa terras tenta reddi tus seruitia prata pascuas ꝛ pasturas cum boscis cepibus fossis ꝛ fossatis ꝛ suis pertin̄ que habeo i villa ꝛ in campis de H i Com̄ Oxon̄ habend̄ ꝛ tenēd̄ omnia predcā terras tenementa reddit̄ seruitia prata pascuas et pasturas cum boscis cepibus fossis ꝛ fossatis et suis ptiū p̄fato S W hered̄ et assign̄ suis imppm̄ de capit̄ib⁹ dn̄is feodi illis p seruitia ide debita ꝛ de iure ꝯsueta sub forma ꝛ ꝯditione subsequent̄ videlȝ q̄ si Ego predict⁹ J soluā seu solui faciā hered̄ vel execut̄ mei soluant aut solui faciāt prefat̄ S W aut eius certo atturnat̄ hered̄ vel executor̄ suis ante festum Pasche prio futurū i Parochiali ecclesia oīȝ Scōrum Oxon̄ viginti libras

sterl' q̄ extunc presens Carta indentata ac seisina ide deliberata casse sint et vane nulliusq; valoris ac tūc bn̄ licebit michi prefato J hered̄ & assign̄ meis i oia illa ter ras teñta reddit̄ seruic̄ prata pascuas pastur̄ cum cete ris prenoiatis & suis pertiñ reintrare reseisire et ea re= habere & tenere vt in statu meo pristino ac prefatum S W hered̄ et assign̄ suos inde totaliter expellere presen= ti Carta mea indētata ac seisina inde liberata vllo mo= do non obstant̄. Et si defectus fiat in solutioñ pred̄.xx. librarum cōtra formam predictam extunc presens Car ta indētata & seisina inde liberata suū robor̄ obtineāt & effectum & tūc bn̄ liceat michi prefat̄ S W hered̄ & as sign̄ meis ea rehabere et pacifice gaudere ipperpetuū. In cuius rei testimonium vni parti huius Carte indētate penes me remañ prefatus S W Sigillum suum ap= posuit. Alteri vero parti hui⁹ Carte indentate penes p̄fat̄ S W remanent̄ ego predictus J W sigillum meū ap= posui his testibus &c. Dat̄ &c.

¶ Alia forma de Morgagio in re feoffando debitorem.

OMnibus xp̄i fidelib⁹ ad quos presens scriptum indentat̄ peruenerit J N de Oxoñ salutem cum C W de eadem dederit cōcesserit & per cartam suam fe= offamenti cuius dat̄ est vltimo die decembris añ datā p̄sētiū vltimo p̄terito michi prefat̄ J confirmauerit om nia illa terras et teñta sua reuer̄c prata pascuas et pa= sturas cum boscis sepibus fossis & fossatis & suis pertiñ que habuit in villa & in campis de H in Com̄ Oxoñ ha bend̄ & tenend̄ michi & assign̄ meis imperpetuū prout i eadem Carta sua michi inde confecta plenius continē=

tur. Noueritis me prefatum J dimisisse concessisse et
hoc presenti scripto meo indentato confirmasse predict
C omnia illa predicta terras et tenēta redditus seruic
prata pascuas & pasturas cum boscis sepibus fossis et
fossatis et suis pertiñ habend & tenend sibi hered et as-
sign suis imperpetuum sub forma et condicione sequē-
tibus videl3 q si predict C soluat seu solui faciat hered
seu execut sui soluant aut solui faciant michi prefat J
attorn vel execut meis in parochiali ecclesia omnium
Sanctorum in Oxon xx. lib. sterlingorum ad festum
Pasche px futur q extunc presens Carta indentata et
seisina inde liberata suū robore obtineant & effectu3
Et si defectus fiat in solutiōe pred viginti librarum cō-
tra formam predictā extunc presens Carta indentata
et seisina inde liberata casse sint et vane ac pro nullo ha
beantur & tunc bene liceat michi pfat J hered & assign
meis in omnia predicta terras et tenementa reddit re-
uerc seruic prata pascuas et pasturas cum ceteris pre
noiatis et suis pertiñ reintrare rehabere et ea reseisire
et retinere vt in statu meo pristino ac prefat C hered et
assign suos inde totaliter expellere presenti Carta in-
dentata aut seisina inde liberata vllo modo non obstā.
In cuius rei testimonium &c. vni. parti huius indentu-
re &c. Et si plur sint dies soluc tunc proced est sub hac
forma. Si pdictus C soluat aut solui faciat hered seu
execut sui soluant aut solui faciant mihi prefato J at-
torn seu execut meis in parochiali Ecclesia omnium
Sanctorum. Oxon viginti libras sterlingorum in for-
ma subscripta videl3 ad festum Pasche proximo futu-
rum post datā presētium viginti solid ad festum Nati
uitatis sancti Johānis baptiste extūc proximo sequen.
xx. s. & sic de festo in festum de Anno in annū vno post

aliquam continue sequent ad quodlibet Feodorum predi=
ctorum viginti solid quousqz predicte viginti libre ple
narie persoluātur extūc presens Carta indētata ꝛc. vt
supra. Et si defectus fiat in aliqua solutionum predic=
tarum in parte vel in toto contra formam predict extūc
ꝛc. vt prius. In cuius rei. ꝛc.

Carta feodi talliati triptita.

SCiant presentes ꝛ futuri qꝫ Ego A B de O dedi
concessi et hac presēti carta mea tripertita indē=
tata confirmaui R D filio meo totum illud tenementū
meum cum gardino adiacente et suis pertinen quod
Ego habeo in alto vico in parochia omnium sanctorū
in O situatum inter tenētum P C ex parte australi ꝛ te
nementum W M ex parte boriali et vnum caput abut
tat super gardinū P C versus occidentem et alterum
caput abuttat super vicum predictum versus oriētem
habend et tenend predcm ten cum gardino et suis per=
tin prefato R et hered de corpore suo legittime pcreat
et pro defectu hered de corpore predict R legiti pcreat
volo qꝫ predictum tenementum cum gardino et suis
pertin I D filio meo Iuniori integre remaneant ha=
bend et tenend sibi et hered de corpore suo legit pcreat
Et pro defectu hered de corpore ipsius I legit pcreat
volo qꝫ predictum tenemētum cum gardino ꝛ suis per
tinen integre remaneant rcis heredibus predici R D
imperpm Et ego vero predcūs A B ꝛ heredes mei pre
dcm tenētū cum gardino et suis pertin prefato R et he=
red de corpore suo legittime procreat ac predict I ꝛ he
red de corpore suo legittime procreat in forma premis=
sa cōtra oēs gētes warātizabim⁹ ꝛ imppm defendem⁹

In cuiꝰ rei test duabꝰ partibꝰ huiꝰ Carte mee triptite indētate penes pfatū R & J remanētibꝰ Sigillū meū apposui tercie vero parti eiusdē Carte penes me pfatū A remanenti prefati R & J sigilla sua apposuer his testibus &c. Et sic de cartis quatriptitis & similibus &c.

¶ Carta fcā in liberū maritagiū.

SCiāt &c. q̄ ego A B de C dedi &c. J B filio meo et Alicie vxori sue filie T N in liberū maritagiū vnum messuagiū qd̄ habeo &c. habend̄ & tenend̄ pdictū &c. prefat J et A vxori sue et hered̄ de eorū corporibus legittime procreatis de me et hered̄ meis imppetuū. Et ego vero predcūs A B & hered̄ mei predcm̄ mesuagiū &c. prefatis J & A vxori sue & heredibus de eorum corporibus legittime pcreatis contra omnes gentes warantizabimus ac versus cap̄ dn̄os et omnes alios acquietabimus & defendemus imperpetuū. In cuius rei testimonium huic presenti Carte &c.

¶ Carta facta pro termino vite absqȝ impetic̄ vasti.

SCiant &c. q̄ ego W H de W dedi &c. R L vnū mesuagium cum curtilagio adiacente & tribꝰ acris terre & vno Crofto adiacēte inter terras &c. hēnd̄ et tenend̄ pdcm̄ mes. cum Curtilagio &c. prefat R ad terim vite sue de me & heredibꝰ meis reddend̄ inde annuatim michi & heredibus meis vnaȝ Rosam rubiā and Festū Sancti Johannis baptiste &c. & faciend̄ sectam Curie mee de W de mense in mensem pro omnibus aliis seruiciis exact et ddis tociens teneri contigerit et post decessum predci R tunc predcm̄ mesuagiū cū Curtilagio

&c. michi p̄fat W hered & assign̄ meis imppm̄ reuertantur absq; impetit vasti Et ego vero p̄dcūs W & hered mei p̄dcm̄ mesuagiū cū Curtilagio &c. p̄fato R ad terminū vite sue p seruitia an̄ dcā ꝯtra om̄s gentes warātizabim⁹ & defendem⁹ In cui⁹ rei test p p̄sentes vni pti huius p̄ntis Carte mee Sigillū &c. alteri. vero pti &c.

¶ Scriptū relaxationis.

Omnibus xp̄i fidelib⁹ ad quos p̄ns scriptū perueneri T R fili⁹ et heres J R Ar defūcti saltm̄ in dn̄o sempiternā Noueritis me p̄fatum T remisisse & relaxasse & oino p me & hered meis imppm̄ q̄et clamasse p p̄sētes R D Armigero i sua plena & pacifica possessione exn̄te hered & assign̄ suis imppm̄ totū ius meū titulum clameū ddām et interesse q̄ vnq̄ habui habeo seu quouismodo in futurū hēre poto vl poterint hered mei de et in Manerio de R iuxta A in Com̄ K cū oib⁹ tris ten̄tis redd seruit pratis pascuis boscis et pasturis cū omnibus allijs ptin̄ eidē Manero spectātib⁹ necnō de et in omnib⁹ illis terris & ten̄tis cū oib⁹ suis ptin̄ vocat J iacēt et existen̄ in prochiis de A R & M in Com̄ predcō que quidem Manerium tre & ten̄ta ac cetā p̄missa cum oibus suis ptin̄ quōdā fuerūt H R aui mei Ita videl; q̄ nec ego predcūs T nec hered mei neq; aliq̄s alius per nos p nobis seu noie nr̄o aliqd ius titulū clameum ddām seu intesse de aut i p̄dcō man̄io de R cū oib⁹ tris & ten̄tis redd seruit pratis pascuis boscis et pasturis ac oib⁹ alius ptin̄ eidē man̄io spectan̄ aut de vel i oibus p̄dcis tris et ten̄tis cū oib⁹ suis ptin̄ vocat J neq; in aliqua pcella eorundem de cetero clamare vel vendicare poterimus nec debemus quouismodo in futurū s;

ab oi actione iuris tituli clamei demandi ꝛ interesse su
de sim⁹ penit⁹ exclusi imppetm̄ per p̄ntes Et ego vero
predcūs T ꝛ hereð mei p̄dcm̄ maneriū de R cū oibus
terris teñtis reðð seruic̄ prati pascuis boscis et pastur̄
cū aliis pertiñ eidē Mañio spectat̄ ac etiā oia predicta
terras ꝛ teña cum oibus suis pertiñ vocat̄ J p̄fato R
hereð ꝛ Assigñ suis ꝯtra oēs gentes warantizabim⁹ ꝛ
imperpetm̄ defendemus. In cuius rei testimoniū huic
p̄senti scripto meo Sigillum meū apposui Dat̄ quin=
to die mensis Aprilis Anno regni R H. vii. ꝛc.

Relaxatio fcā sup Cartā de teñtis prius
perquisitis cū clausul̄ warantie.

Omnibus xp̄i fidelibus ad quos presens scriptū
peruenerit J L de O salutē in dn̄o sēpiternā Cū
C F de N habūit ꝛ perq̄siuerit de me prefato J vnum
teñtū situat̄ in N in prochia btē Marie virgis in alto
vico int̄ teñtū W L ex pte orientali et teñtū P T ex pte
occið vn̄ vnū caput abuttat super vicū p̄dcm̄ v̄sus au=
strū ꝛ alterū caput abuttat super Gardinū G S v̄sus
boreā ꝛ qð teñ cū suis pertiñ idem C mō tenet ꝛ inhitat
ibiñ habenð ꝛ tenenð eið C hereð ꝛ assigñ suis imper=
petuum prout per Cartam feoffamenti per me eidem
C inde confectam cuius dat̄ est quarto die Aprilis
Anno regni Regis H septimi post conquestū Anglie
decimo septimo plenius Apparet Noueritis me pre=
dictum J remisisse ꝛ relaxasse et omnino pro me et he=
reð meis imperpetuum quietum clamasse prefato C
hereð ꝛ assigñ suis totū Jus meū ꝛ clameū quod vnq̄
habui habeo seu quouismodo habere potero i futurum
in predicto tenemento cū suis pertinētiis. Ita videlicet

q nec ego nec heređ mei nec aliquis alius per nos seu noie nr̃o aliquid Juris vel clamei in predcõ tenẽto cum suis ptiñ nec in aliqua inde pcella decetero exigere clamare seu vẽdicare poterim⁹ nec debemus in futur̃ sed ab om̃i actiõe Juris & clamei inde simus exclusi imperpetuum per presentes & ego predcũs J & heređ mei predictum teñ cũ om̃ibus suis ptiñ prefat C her̃ & Assigñ suis contra oẽs gentes warantizabimus et imppetuũ defẽdemus per present. In cuius rei &c.

¶ Relaxatio facta per heredẽ qui habet ius in tallio.

OMnibus xpi fidelibus ad quos presens scriptũ peruenerit A M frater J M de R saltm̃ in domino sempiternam Cum R M nuper antecessor meus videlz pr̃ P patris S pr̃is mei et predicti Johis fratris mei senior per Cartã suam feoffamenti quonđ dederit et concesserit predicto P filio suo vnum tenementũ cum pertiñ suis in villa de D predcã voc̃ M habẽdum et tenenđ eidem P et heređ de corpe suo legittime procreat & pro defcũ heređ de corpore suo legittime procreat predcm̃ teñtum cum suis pertiñ rectis heređ predicti R integre remanerent qui quiđ P obiit post cuius decessum predictum teñ cum suis pertiñ pfato S pr̃i meo descẽderit et post decessũ predicti S predcm̃ teñ cum suis pertiñ prefat J fratri meo seniori vt filio & heređ suo descendit & pro defectu heređ de copore pđ J legittime procreat predictum teñ cum suis pertiñ michi prefat A vt consanguineo et recto heređ pređ R disc̃ de heret per formam donat predicte. Noueritis me pfat A remisisse relaxasse vts.

¶ Relaxatio facta p feoffatos vni eoꝝ.

OMnibus xp̄i fidelibus ad quos p̄ns scriptū puenerit N R ⁊ S T salutem i dn̄o sempiternā. noueritis nos p̄fat N ⁊ S p p̄sētes remisisse relaxasse et omino p nobis ⁊ hered̄ nr̄is imppm quiet clamasse J S de O hered̄ ⁊ assign̄ suis totū Jus nr̄m ⁊ clameū q̄ vnq̄ hūim⁹ hēmus seu quouismodo in futurū hēre poterimus aut alter nr̄m hēt seu hēre poterit i oībus illis terris ⁊ teñtis q̄ nup hūimus sil' cū p̱redicto J in villa et in Campis de J in com̄ Oxon̄ ex cōcessione ⁊ feoffament dn̄i J Brian̄ Capellani ⁊ N D de J p̱red̄ in quorum quid̄ tris ⁊ teñtis idē J S iam existit. in plēa possessione ita videlʒ qd̄ nec nos p̄d̄ N ⁊ S nec hered̄ nr̄i nec aliquis alius noīe nr̄o alteri⁹ seu nr̄i aliquod ius vl' clameū in p̱redcis tris ⁊ teñtis cū suis ptiū nec i aliqua ide pcella exigere ⁊c. sed ab oī actiōe ⁊c. In cuius rei testimoniū ⁊c. his testibus ⁊c. Anno regni R. H. vii.

¶ Relaxatio facta p illum qui habuit terrā in mo̱rgagiū.

OMnib⁹ xp̄i fidelib⁹ ad quos p̄sens ⁊c. Noueritis me p̄fatū ⁊c. p p̄sētes remisisse relaxasse ⁊c. R W de O hered̄ ⁊ assign̄ suis imppm totum ius meū et clameum q̄ vnq̄ habui hēo seu quouismodo ⁊c. in vno teñto in O cum suis ptiñ q̄ nup habui ex dono ⁊ feoffamēto p̄d̄ R in villa de O p̄dcā situat i parochia sci Cedde inter teñtū H D ex pte Australi et teñtum T A ex pte Bo̱riali ⁊ abuttat super vicū regiū v̄sus o̱rientē p modum mo̱rgagii p̱ro viginti liḇris sterlingo̱rum ⁊ quas michi iā soluit et satisfecit quod quid̄ teñ cum suis ptiñ

idem R W in sua plena possessione iam habet ita videlz
q nec ego nec hered mei &c. Sed ab omni &c. In cu9
rei &c. his testibus &c. Anno regni regis Henrici Sep=
timi.xix.

¶ Relaxatio dotis facta per viduam.

OMnibus xpi fidelibus ad quos psens scriptū pue
nerit A H vidua vł relicta R H de O salutem in
dño sempiternam. Noueritis me prefatā A in pura vi
duitate mea et legitima potestate remisisse relaxasse &c. E
I in sua possessione existeñ hered & assignatis suis to
tū ius meū et clameū q̄ vnq̄ habui habeo &c. ratiōe do
tis mee in tercia parte vnius tenemēti cum suis pertiñ
qd idē E modo inhabitat in villa de O p̄dicta in paro=
chia &c. qd tenementū cū pertiñ prefatus E nuper per=
quisiuit de prefat R quond viro meo Ita videlicet q
nec ego nec aliqs alius nomine meo &c. Sed ab omni
actione Juris tituli clamei &c.

¶ Relaxatio facta terminatorio.

OMnibus xpi fidelib9 &c. cū R W de O teneat de
me p̄fat I vnū tenemētū cum suis pertiñ qd idē
R inhabitat in parochia Sancti michaelis archāgeli
ad pōtē borialem Oxoñ ex parte australi hospicii voc
le crowne pro termino annorum &c. Noueritis me pre=
fat I remisisse relaxasse &c. Ita q nec Ego nec hered
mei &c. sed ab omni actione Juris clamei &c. Dat &c an
no regni R H. vii. xiiii.

¶ Confirmatio Carte.

Omnibus xp̄i fidelibus ad quos p̄ns scriptū p̄ue
nerit W B de Oxoñ salt̃m cuȝ R B nup p̄r meꝰ
per cartā suā feoffamēti dederit ⁊ cōcesserit H S vnū
mesuagiū cū ptiñ situatū i prochia scti Petri i oriēte
in Oxoñ hēnd ⁊ tenend eidē H hered ⁊ assigñ suis p̄o
ut per eand cartā plenꝰ apparet cuius qdē cart tenor
sequit in hec verba. Sciāt p̄ntes ⁊ futuri ⁊c. q̄ ego ⁊c.
recitando Cartā de verbo inverbum Noueritis me p̄
dict W dictā Cartam vidisse legisse ⁊ examiasse ac eādē
Cartā ⁊ seisam inde liberatam necnō totū Jus ⁊ statuȝ
eiusdē H in eodē mesuagio cū suis ptiñ habēd p̄fat H
hered ⁊ assigñ suis imppetuū approbasse ratificasse ⁊
in oībus q̄tum in me est cōfirmasse. In cuius rei testi-
monium ⁊c. his testibus ⁊c. Dat ⁊c. Anno ⁊c.

¶ Carta vendiciōis fcā p execut virtute
testi testatoris sui.

Omnibus xp̄i fidelibꝰ ad quos p̄ns scriptū perue
nerit W ⁊ J Execut test R W de ciuitate L ciuis
et mercer salt̃m in dn̄o sempitnā Cū p̄dcūs R p testa-
mētū suū lectū ⁊ pclamat i hustigis Loñ. tentis die ⁊c.
pr. post fm scī Barnardi Anno r R H vii. post conqm
Anglie pr. dederit et legauerit J vxori sue tria tenta
sua cū pertineñ q̄ habuit in dict Ciuitate. Unde vnuȝ
teñ situatū est ⁊ iacet in parochia sācte Marie vginis
i Fanchestrete inter tenementū R Wygham ex parte
Boriali et tenemētum J de a ex parte australi et abut
tat super vicū regiū de Fanchestrete predicta versus
orientē ⁊ tenementū R Lancastre versus occidentē Et
aliud teñ de predcis tribꝰ tenementis situatū est et ia-
cet in parochia omniū Sctōrum in lumbardstrete in-

P ex pte boriali
ter teñt P C ex parte australi ⁊ teñ H
et abuttat sup vicum regiũ de L versus occidentem et
teñtum R S versus oriẽtem. Et terciũ teñtum de pre-
dictis tribus tenemẽtis situatũ est ⁊ iacet in parochia
sci Andree de Esthophe inter teñtũ T W ex pte austra-
li ⁊ teñt J H ex parte boriali vnde vnũ caput abuttat
sup vicũ regiũ de L predct versus occidẽ ⁊ alterum ca-
put abuttat sup venellam de podynglane versus oriẽ-
tem habend ⁊ tenend predict tria teñta prefat J ad ter
minum vite sue ⁊ post decessum predict J voluit et le-
gauit predict testator q ꝑdcã tria teñta cum suis ptiñ
A filie sue ⁊ hered de corpore suo legittime procreat in
tegr̃ remanerent et p defcũ hered de corpore eiusdem
A legitt procreat voluit ⁊ legauit predictus testator q
predicta tria teñta cũ suis pertineñ nobis ꝑfat W et J
exec suis integr̃ remanerẽt ad vendend ⁊ pecuniam su
am inde percipiend pro anima eiusdẽ R ⁊ p animabus
parentum ⁊ benefactorum suorum dispẽdend in opibus cari
tatis prout in eodẽ testamẽto plenius cõtinet et q ꝑfa-
ta J obiit ⁊ pred A similiter sine herede de corpore suo
legittime procreat decessit. Sciatis nos prefat W et
J exec testi prefati R ⁊ auctoritate dicti testi dimisisse
concessisse ⁊ hoc presenti scripto nostro confirmasse ac
pro quadam pecunie summa inde in complementum
execue dicti testamenti pre manib⁹ soluti vendidisse R
D de L ciui ⁊c. predict tria tenemẽta cũ suis pertineñ
habend ⁊ tenend eidem R hered ⁊ assigñ suis imperpe
tuum de capitalibus dñis feodi ⁊c. In cuius rei test ⁊c.
huic presenti Scripto nostro Sigilla nostra apposui-
mus. ⁊c.

C Alienatio reuersionis.

Omnibus xp̄i fidelibus ad quos hoc p̄sens scriptum peruenerit W H de W salutē in dn̄o sempiternā. Cū T H p̄r meus h̄eat & teneat p̄ t̄mio vite sue quod Ten̄ cū suis ptin̄ in villa de W p̄dict voc̄ M reuercionem inde post suū decessum michi & hered̄ meis spectant Noueritis me p̄red̄ W dedisse & hoc p̄nti scripto meo cōfirmasse C B de C reuerc̄ dci ten̄ti cum suis ptin̄ cum acciderit post decessū p̄d H p̄ris mei hend̄ & tenend̄ p̄d reuerc̄ cū suis pertin̄ cū acciderit p̄fat C B hered̄ & assignatis suis imppetim̄ de capit dn̄is feodi illi⁹ p seruic̄ &c. In cuius rei test &c. Dat &c. Anno regni Regis &c.

Scriptū returnationis super eandem alienationem.

Omnibus xp̄i fidelibus ad quos p̄sēs scriptum peruenerit T H de W salutē in dn̄o &c. Cum ego predict T habeam & teneam pro termino vite mee vnū tenementum cum suis pertin̄ in villa de W p̄dict voc̄ M cuius quidem ten̄ti cū suis pertinenciis reuerc̄ cum acciderit post meū decessum T B de C perquisiuit de W H filio meo Noueritis me p̄dictū T H returnasse nasse prefat T B de reuertione predict p soluc̄ vnius denarii argent. In cuius rei testimoniū &c. Dat &c. Anno regni regis &c.

Alienatio liberi redd̄ cū homagio & seruic̄.

Sciant presentes et futuri q̄ Ego W H dedi concessi & hac p̄sent Carta mea confirmaui R totum redditum meum de triginta solid̄ homagium et liberum seruitiū exeūt de vno ten̄to & quatuor virgatis

terre J S in D cū omnibus pertiñ quequidem tenementum et quatuoꝛ virgat terre quond fuer R S habend tenend ꝛ percipiend pꝛed redd triginta solid homagiū ꝛ liberꝫ seruicium cū suis pertiñ exeunt de pꝛed tenemento cum.iiii. virgatis terre pꝛefat R W hered et assigñ suis imppetū soluend faciend ꝛ reddendo eisdem modo et foꝛma sicut pꝛedictus J D et eius antecessoꝛes michi et Antecessoꝛibus meis soluere facere et reddere consueuerunt. Et si contingat pꝛed redd triginta solid aretr̄ esse non solut in parte vel in toto ad aliquod festum quo solui debeat extūc vñ liceat pꝛefat R W hered ꝛ assigñ suis in pd teñ ꝛ.iiii.virgat terre cum pertiñ intrare ꝛ distringere ꝛ districtiones ibidem inuent seu capt abducere effugare aspoꝛtare et penes se retiner quousqꝫ de toto pd redd cū oībus inde arreragiis si q̄ fuer sibi plenarie fuerit satisfcm̄ ꝛ psolutū. In cuiꝰ rei testim̄ ꝛc. Dat ꝛc. Anno regni R H.vii.ꝛc.

¶ Concessio annuitatis siue annualis redditus.

OMnibꝰ xp̄i fidelibꝰ ad quos p̄ns scriptū puenerit J S armiger salutē in dn̄o sempiternā Noueritis me pꝛefat J dedisse ꝫcessisse ꝛ hoc pꝛesenti scripto meo cōfirmasse R T de Oxoñ vnū annualē redd siue annuitatē quadꝛaginta solid de quod teñto siue hospic meo i pꝛochia oīm scōꝝ Oxoñ exeunt hēnd tened et pcipiend p̄dcm̄ annualē redd siue annuitatē.xl.s̄.de pꝛed teñ siue hospic cū suis ptiñ p̄fat R hered ꝛ assigñ suis imppm̄ ad fest Annūc btē Marie ǒginis ꝛ scī michaelis archāgeli pequales poꝛciōes. Et si ꝫtingat pꝛedcm̄ annualē redd siue annuitatē.xl.solidoꝛū ad aliqd

festū soluc̄ quo solui debeat in parte vel in toto aretro esse nō solut̄ q̄ extūc vn̄ liceat p̄fat̄ R hered̄ & assigna tis suis in dicto teñto siue hospic̄ intrare & distringere & districc̄ ibm̄ inuent̄ seu capt̄ asportare abducē fugare & penes se retinere quousq̄ de toto p̄dcō ānuali red ditu siue annuitate vna cū oībus inde arreragiis si que fuerint sibi plenarie sit satisfactum de quo quidē ānuali redditu siue annuitate posui p̄dcū R i plenam possessionē & seisinā p solutionē. vi. d. sterl̄. In cui⁹ rei &c. huic p̄senti scripto meo Sigillū meū apposui. Dat̄. &c. Anno regni Regis H. vii. &c.

¶ Sursum redditio

OMnibus xp̄i fidelibus ad quos &c. T B de R salutē &c. Cū J B pater meus p cartā suam feoffamenti dederit & concesserit michi p̄fat̄ T vnū messuagiū cū suis ptin̄ in villa de R p̄dicta situatū inter teñ R W ex pte australi & stratā regiā v̄sus borēa habend̄ et tnend̄ michi p terio vite mee. Ita q̄ post decessū meū p̄d mesuagiū cū suis ptin̄ J B fr̄i meo hered̄ & assign̄ suis imperpetm̄ remaneret. Noueritis me p̄d T ꝯcessisse & sursū reddidisse p̄fato J fr̄i meo totū ius meū & statū q̄ hēo p t'mio vite mee i p̄d mesuaiū cū suis ptin̄ hēnd̄ & tenend̄ eidem J hered̄ & assign̄ suis imperpetuū de capitalibus &c. In cuius rei testim̄ &c.

¶ Partitio hered̄ inter soror̄.

OMnib⁹ xp̄i fidelib⁹ ad quos p̄ns scriptū idētatū puenerit A M & J M filie & hered̄ R M nup de M defūcti salutē cū p̄dcūs R nuper obierit seit̄ i dn̄i co

suo vt de feodo de duob⁹ teñtis ⁊ sexdeci Acris terꝛ⁹ cū ptin̄ i O p̄dcā iacētib⁹ q̄ nobis p̄fat A ⁊ J descenderint iure hereditario post motē p̄dci R pr̄is nr̄. Noueritis nos vnanimi assensu ⁊ ꝯsensu nr̄o per visum proboꝝ ⁊ legalium hoim de viceneto nr̄o diuisionem dict tratuꝫ ⁊ teñ fecisse sub forma qđ sequitur videlꝫ ꝙ ego predict A senior filia dci R habeā illud tn̄tū situat in O pred int ⁊c. cum acto acr terre arabilis eidē tn̄to annexo Et qđ ego predicta M iunior filia p̄dict R habeā ⁊c. hn̄d et tenend nobis hered et assign̄ nostris imppetuū De capitalibus dn̄is feodi illius per seruic inde debita et de Jure consueta quam quidem particionem ratificamus et confirmamus pro nobis ⁊ hered nostris imperpetuū In cuius rei test vtriqꝫ parti hui⁹ scripti nr̄i idē tati sigilla nr̄a apposuim⁹ his testib⁹ ⁊c. Dat. ⁊c.

¶ Assignatio dotis in hostio ecclesie.

OMnib⁹ xp̄i fidelib⁹ ad quos presens scriptū peruenerit T M de W Salutē ⁊c. Noueritis me p̄dictū T dedisse ꝯcessisse ⁊ hoc p̄senti scripto meo assignasse A vxori mee in tempore spōsalioꝝ in hostio eccl'ie p rochial de W p̄dict celebrand vnū teñ cū vno Crofto eidem annexo voc C habend et tenend sibi et assignatis suis ad totam vitam suam pro rata portione tocius dotis sue per meā mortem sibi contingent. Dat ⁊c. In cuius rei ⁊c.

¶ Copia Curie scd̄m conc Maneriū.

AD cur tent ibidē quinto die Aprilis anno regni Regis E. iiii. xi. M B de C et A vxor eius Dale

hic in plena Cur exaiat Sursum reddiderunt in manus dñi vnū mesuagiū ⁊ dimidiā virgat tre cum suis ꝑtiñ i N ꝑdict vocat. P ad opus W C de Oroñ vñ accidūt dño de harrietto. ii. s. ⁊ super hoc veñ ꝑred W ⁊ cepit de dño dcā mesuagium ⁊ dimidiā virgatā terre cū suis ptiñ hēnd et teneñ sibi ⁊ A vxori sue hered et assign ipsi⁹ W imppetm̄ scdm cōsuetudinē Manerii p red dit cōsuetud ⁊ seruic inde p₂i⁹ debit ⁊ cōsueta. Et dāt dño de fine p igressu suo hēnd i dict mesuagio ⁊ dimidia vgata tre cū ptm̄ x s Et fecerūt dño fidelitatē ⁊. data est eis inde seisina ⁊c.

Donatio bonorū.

OMnib⁹ xp̄ifidelib⁹ ⁊c. J B de W in Com Oxañ husbondman Salutē ⁊c. Noueritis me ꝑred J dedisse cōcessisse ⁊ hoc pñti Scripto meo ꝯfirmasse W L de Oroñ oīa bona mea ⁊ catalla mobilia ⁊ immobilia viua ⁊ mortua cuiuscūqꝫ generis seu speciei quorūcūqꝫ manib⁹ seu in q̄buscūqꝫ reb⁹ vel locis existant hēnd et tenend ꝑred bona et catalla ꝑfat W et assign suis imperpetm̄ vel sic vbicūqꝫ inuenta fuer hēnd ⁊ tenend ⁊c. Ita viꝫ q̄ nec ego ꝑd J nec execut mei nec aliquis alius noīe nostro aliqd Juris ꝓprietatis vel clamei ꝑd bonis et catallis nec in aliqua inde percella de cetero exigere clamare seu vēdicare poterimus nec debemus in futur sꝫ ab omni actione iuris ⁊ clamei inde simus exclusi imperpetuuꝫ per pñtes. In cuius rei ⁊c. his testibus ⁊c. Dat ⁊c.

Indentura generalis firme ⁊c.

HEc indentura fcā int W F de O Gent ex vna parte et J M de eadem draper ex altera parte te-

stat q̄ p̄fat W p presentes concessit tradidit ꝛ ad firmā dimisit p̄fato J totū illud teñ suū cū gardino ꝛ suis ptiñ qd̄ idē W hēt in vico de Galstrete i prochia btē Marie Vgis in Oxoñ p̄d ꝓut situat ꝛ iacet int teñt Johis Braton ex pte australi ꝛ teñt Collegii de W ex pte boriali ꝛ abuttat sup gardinū Coll wync vsus orientē ꝛ vicū de Galstrete p̄d versus occidentē habend ꝛ tenend predcm̄ tenemētū cū gardino ꝛ suis pertiñ prefat J et assigñ suis a festo Natiuitatis scti Johis baptiste px. futur post dat presentium vsqꝫ finem termini. vii. annorū extunc px. sequeñ ꝛ plenarie completorum reddend inde annuatim prefat W aut eius attornat seu execut suis viginti solid̄ sterlingorum ad festum sci Michaelis archangeli Natalis domini ꝛc. per equales portiones. Et si contingat predict firmam viginti solidorum ad aliquem term̄ quo solui debeat a retro esse in parte vel in toto non solut per. xv. dies extunc bñ licebit predict W ꝛ assigñ suis in dicto teñto cum gardino ꝛ suis ptiñ intrare ꝛ distringere ꝛ districtiones sic capt et ibm̄ inuent asportar abducere effugar et penes se retinere quousqꝫ de tota predicti firma cū oībus inde arreragiis siqꝫ fuerint sibi plenarie fuerit satisfcm̄. Et si cōtigat dcam̄ firmā vltra vnū mēsē post aliquod trm̄ solutionū aretro esse in partevel in toto quo solui debeat nō solut et suffic districtio ꝓ arreargis eiusdē firme ibid̄ nō inueniatur extūc bene liceat p̄dict W hered ꝛ assigñ suis in p̄d tem̄ cū gardino ꝛ suis ptiñ reitrare ꝛ rehabere vt in statu suo pristino ac predict J ꝛ assigñ suos inde totalr expellere hac indētura nō obst. Et p̄dict W ꝛ hered sui predict tenemētū cum gardino ꝛ suis ptiñ bñ ꝛ con petent sustentabunt reparabūt ꝛ manutenebūt ac versus capitales dños ꝛ oēs alios modo et forma p̄missis

predict J ꝛ assignatis suis vsqꝫ ad finem termini pred warātizabūt ꝛ acquietabūt p pſētes. In cuiꝰ rei test ꝛc. ptes pdicte hiis indenturis sigilla sua alternatim apposuerũt his testibus ꝛc. Dat ꝛc. Anno regni Regis Henrici septimi post cōquestum Anglie vicesimo.

¶ Indentura facta int procuratores siue custodes bonoꝝ alicuiꝰ eccl'ie ꝛ aliū sup dimissione vniꝰ mesuagii.

Hec indentura fctā int T D ꝛ J W procuratores siue custodes bonorū rerū siue redd ecclesie pochialis bte Marie virginis Oxon ex vna pte et J S in artibꝰ magrm ex altera parte testatur q pred procurat ex consensu ac voluntate parochianorum dce Ecclesie concesserunt tradiderunt et ad firmam dimiserunt pfat J S vnū Mesuagiū cū oībus suis ptin ꝛc. hend ꝛc. reddēdo pfat pcuratoribus ꝛ eoꝝ successor q pro tpe fuerint. xx. s. ꝛc. ad fīm ꝛc. Et pd pcur ꝛ eorum succ q pro tpe ꝛc. cōpetenter reparabunt ꝛc. et contra oēs gentes waran. Et vbi R O ꝛ W H teneāt et vterqꝫ eorum teneatur pred. T ꝛ J procur ꝛc. in. x. lib. ꝛc. prout in quad oblig inde confect plenius continetur cuius dat est vicesimo primo die Septembris vltimo elapso volunt tn pd T ꝛ J pcuratores ꝛ eorū succ q p tempore fuerit q si pred J S vel assignati sui fideli teneat vel teneant obseruauerit vel obseruauerint oēs et singulas conuen et soluc pred in ista indentura specificat ex parte sua perimplendas dur termio predcō q ex tunc predcā obligatio sit nulla Et si defcūs fiat in aliqua solutionum pred in parte vel in toto contra formā pd extūc pdcā obligatio stet in suo robore ꝛ effectu In cuiꝰ rei test vni pti huius indētur penes pfat J S

remanent. Sigillū cōe dicte eccl'ie ꝛ parachianoꝝ ē appēsū alteri ꝑo ꝑti penes ꝑfat procuratoꝛ ꝛc. Dat ꝛc.

¶ Indentura facta ad terminum vite de tenementis.

Hec indētura fcā īter magr̄m R S magr̄m aule siue collegii de B vniuersitatis Oxoñ et scolares eiusdē ex vna parte ꝛ T A Ciue ꝛ mercerū London̄ ex altera parte testatur q pred magr̄ ꝛ scolares vnanimi assensu ꝛ ɔsensu ꝛ voluntate ɔcesserūt tradiderūt et ad firmā dimiserūt prefat T totū illud mesuagiū eorum cum suis ptin̄ situat iuxta Cimiteriū eccl'ie scī Laurencii in veteri iudaismo London̄ exceptis duabus cameris quas vicarius de C modo tenet ꝛ occupat cum liberis introitu ꝛ exitu ad easdē eisd magr̄o ꝛ scolaribus et eoꝝ successoꝛ reseruatis hend ꝛ tenend predcm mesuagiū cū suis ptin̄ exceptis preexceptis ꝑfat T A a festo scī Michael archāgeli ꝓxio futur post dat presentiū vsq ad finē tmini vite sue ac execut et assign̄ suis per vnū annū vltra redden do inde annuati durāte tmino predicto prefat magr̄o ꝛ scolar ꝛ eoꝝ successoꝛ ꝛc. Et si cōtingat ꝛc. Et pd magr̄ ꝛ scolares ꝛ eoꝝ suc predict mesuagiū cū suis ptin̄ vt in tegulatura reparatiōe gurgit de plumbo cū sustentatione muroꝝ et mundatione latrinarū ꝛc. et pentic except pentic situat ad murū coquine bn̄ ꝛ competent sustentabūt reparabūt et contra ventū et pluuias defensibilia facient durante termino predcō ꝛ pred magr̄ ꝛ scolares ꝛ eorū suc bis in anno libere intrabunt in dictū mesuagiū cum suis pertinenciis ad superuidend reparat et defectus siq fuerint ad proficuum predict magr̄i et scolariū et eorum suc et

predict̃ B non faciet transmutat̃ in predicto mesuagio
sine auisamento eorundẽ magri̅ ⁊ scolariũ et eorum succ
vel eorum procuratorũ. Et predci magistri ⁊ scolar̃ ⁊c.
predcm̃ mesuagiũ cum suis ptĩn exceptis pceptis p̃-
fat̃ B ad term̃ vite sue ac execut̃ et assignat̃ suis p vnum
annũ vltra contra oẽs gentes warr̃ ac acq̃etabũt p pre
sentes In cuius rei testimoniũ ⁊c. partes p̃dce his In
denturis Sigilla sua alternatim apposuerũt his testi-
bus ⁊c. Dat̃ ⁊c. Anno regni Regis ⁊c.

Indentura firme rectorie.

Hec Indentura fcã inter dñm W D rectorẽ eccle
sie parochialis de D i Com̃ N. ex vna pte ⁊ dñz
J T Capell̃ ⁊ W C Tassiour de eadẽ pochia ex altera
parte testat̃ q predcũs dñs W D p presẽtes ɔcessit tra-
didit ⁊ ad firmã dimisit p̃dict̃ dño J T ⁊ W C ecclesiã
suã p̃dictã cũ rectoria ⁊ gleba eiusdẽ Eccl̃ie cum oĩbus
fructibus oblationibus decimis ⁊ aliis ptĩn ⁊ comodi
tatibus q̃buscũq₃ eid Eccl̃ie et rectorie spectañ hẽnd et
tenend predictã Ecclesiã ⁊ rectoriã ⁊ oẽs glebas dicte
rector̃ cũ oĩbus suis Juribus ac vniuersis pertineñ p̃-
fato dño J T ⁊ W C ⁊ assignatis suis a q̃nto die ianu
arii px̃ futur̃ vsq₃ ad finẽ termini triũ annorum extunc
proxime sequeñ ⁊ plenarie cõpletorũ exceptis et reser-
uatis eidẽ dño W D principali Camera dicte rectorie ⁊
vno stabulo p eq̃s suis per totũ dictũ terminũ redden
do inde p primo anno dicti termini predicto W D vel
eius in hac parte procuratori legittime deputato. x. li-
bras ad festa Pasche ⁊ sancti Michaelis archãgeli per
equales portiões ⁊ post primũ annũ redd inde ãnuatim
prefato dño W D vel eius i hac parte procuratori legit-

time deputato duodecim libras sterl ad fest predict p equales portiones. Et predictus dñs. J & W C omnia oña tam ordinaria q̄ extra ordinaria eiusdem ecclesie et rectorie medio tempore incumbentia cum omnibus suis Juribus & consuetud persoluent et supportabunt et predicti firmarii inuenient capellanum idoneum in dicta ecclesia continue celebrantem sacra et sacramētalia continue ministrantem per totum dctm̄ terminum necnō oēs domos dcē rectorie ac Cācellū dicte ecclesie sumptibus suis propriis et expensis reparabunt susten tabunt & manutenebūt & ea in adeo bono statu quo ea receperunt & omnē terrā arabilē dicte glebe pro ordeo bene aratam Et septē acras terr inde cōpetenter fimatas in fine dicti termini sursum reddent & dimittent Et pdcūs dñs W D habebit fructū duarū acrarū frumēti super glebā dicte rectorie crescen̄ hoc anno. Nec licebit eisd firmariis arbores crescentes sup glebā nec in cimiterio dicte rectorie prosternere nec cimare nisi ad reparationem clausarū dicte rectorie per dictū terminū. Jn cuius rei testim̄ partes pdcē his indēturis Sigilla sua alternatim apposuerūt. Dat &c. Anno &c.

Indentura dimisionis domus Brasinii seu pandoxatoris.

HEc indentura facta inter T D de O grosser ex vna pte & J T bruer ex alia pte testat q pdcūs T concessit et ad firmam dimisit prefat J totū tentum brasiniū cū oibus suis ptin̄ voc le horne situat in vico de C in Parochia &c. in villa &c. inter teñt &c. simul cū omnibus vasis et vtensilibus eidē teñ spectañ seu ptin̄ viz duob⁹ molat pcii &c. duobus plumbis magnis pcii

&c. vno cacabo existen in fornac' vno taptrogh de plūbo pcii &c. vno Masshfate precii &c. x. barellis precii &c. vel sic cū oibus vasis & vtēsiliis in quibusdā aliis indēturis his indēturis annexis cōtent habend et tened &c. Et predctūs J & sui assign predcm tentū in cooptura daubura & clausura sustentabūt ac vasa predicta & vtēsilia reparabunt bn̄ & competent durāte tmino &c. puiso semp q si aliquod vasorū seu vtensiliū pd pp̄ter defectū vetustatis infra dictū terminū indiguerit renouari. Tunc dcūs T huiusmodi vasa seu vtēsilia sic renouāda quotiēs necm fuerit renouabit durāte termino &c. ita videlz q ob defectum seu necligentiā dcti J seu seruientiū suorū cōfracta vel destructa non fuerint nec non dctūs T & hered sui predcm ten cū suis pertin ac vasa & vtensilia predicta prefato J hered & assign suis contra oēs gētes warr̄ vsqz ad finem termini &c. In cui⁹ rei testimoniū ptes pdicte psentib⁹ alternati Sigilla sua apposuerunt. Dat &c.

¶ Indentura firme.

HEc indentura facta &c. testat q predict A tradidit & ad firmam dimisit B Maneriū suum de H cum terris pratis pascuis pasturis viis aquis semitis redditibus seruitiis releuiis eschaetis Cur & sectis cur vno cum toto stauro & vtensil' in quibusdam aliis indenturis annexis content ac cum omnibus aliis Juribus comod et pertin quibuscūqz exceptis et reseruatis eidem A vno molendino aquatico & piscaria ibm et aduocatione ecclesie &c. habend et tenend &c. a Festo &c. vsqz ad &c. reddendo inde &c. Et pred A muros et clausuras dicti manerii ac cetera cotagia & reddituaria eiꝰ

eidem manerio pertin̄ in principio dicti termini bn̄ et cōpetenter repabit. Et predictus B predcm̄ maneriū cū domibus muris clausuris cotagiis et reddituariis eidem manerio spectant̄ sic suffic̄ repat̄ sumptibus suis propriis et expensis sustentabit repabit & manutenebit vsqꝫ ad finem termini predci grasso maremio alieno vento subito pstrato & vetusta ruina dūtaxat exceptis Et pdcūs B predict̄ staurū cū vtensil̄ in pdictis aliis indēturis hiis indēturis annex. content̄ vel eorꝫ verū valorē prout appreciant̄ in eisdem in fine dicti termini prefat̄ A aut assignatis suis sursum reddet et dimittet cōi morina dūtaxat excepta nec licebit pred̄ B predict̄ maneriū cū suis pertin̄ pd̄ nec aliquā inde pcellā except̄ cotagiis & pertinēcijs reddituariis alicui dimittere durāte dicto termino sine speciali licentia dicti A & si cōtigat pred̄ firmam &c. Et habebit idem B housbote heybote Cartebote de arbor̄ & boscis dicti manerii cōpetēter ac etiam firebote rationabile de ramis & scissiōe arborum absqꝫ proiectione vel cimatione earūdē & absqꝫ vasto seu destructione faciend̄ in eod̄ manerio cū ptin̄ Et predcūs A pdcm̄ maneriū cū &c. contra oēs gentes &c. Dat̄ &c. Anno regni Regis &c.

Indentura apprenticietatis.

Hec indentura facta inter G C de Oxon Cissorem ex pte vna & J filium J S ex parte altera testat̄ qꝫ predcūs J filius predci J S stabit & morabitur cū predict̄ G apprenticius suus erudiendus in artificio Cissoris vel sic de Tayllour crafte et omnibus aliis occupac̄ officiis & mysteriis q̄bus idē G vtitur vel ipsum vti contigerit a festo Natiuitatis dn̄i proximo

futur post dat p̄sentiū vsq₃ ad finē teri septē annorum extūc px. sequen̄ ⁊ plenarie cōpletorꝝ per quē quid ter- minū p̄d G C ipm apprenticiū suū i artificio suo p̄d et in omnibus aliis occupac̄ offic̄ et mysteriis q̄bus ipse vtit̄ vl̄ interi vti cōtigerit meliori modo quo poterit di ligent̄ ⁊ fidelit̄ informabit ⁊ docebit ac ipm̄ decēter tra ctabit ⁊ sibi duran̄ terio p̄d victum vestitum ac omnia alia sibi necessaria prout tali apprenticio decet sumpti bus suis propriis inueniet ⁊ expensis. Et p̄fat̄ apprē- ticius concessit per presentes q̄ suum dcm̄ artificium ad discēd ⁊ omnia alia ad discenda diligent̄ suam dili- gentiam exhibebit et eid magistro suo ⁊ vxori sue bene et fidel̄r deseruiet per totum dictū terminū ⁊ eorꝝ man datis licitis ⁊ honestis obediet circa comodū eorꝝ non comodū proprium vel alienum solicite laboret/secreta sua ⁊ domus sue calenda celabit/fornicationē nec adul terium non faciet vxorē nō capiet nec alicui affidabit/ bona magri sui non deuastabit nec ea alicui accomoda bit sine licentia sp̄ali Meretrices tabernas ⁊ consortia inhonesta non frequētabit: ad talos tabulas ⁊ scaccari um nō laudet: a seruitio dicti magistri sui se non absen- tabit dampnū dicto magistro suo aut vxori sue non fa- ciet nec clam nec palam fieri ꝓcurabit vel ꝑmittet: sed illud impediet viribus totis pro posse suo: et si impe- dire non poterit eisdem vel alteri eorum reuelabit: ⁊ se bonum ⁊ fidelē habebit erga eosdem tā dictis q̄ factis sub pena duplicatiōis t̄mini p̄dicti atq₃ ad oia predcā bn̄ ⁊ fideliter cōseruanda corporale p̄stitit iuramētū. In cuius rei testim̄ ꝑtes predcē Sigilla sua alternati apposuerūt. Dat̄ apud ⁊c.

¶ Indentura seruientis.

HEc indentura fcā ₇c. testat̃ q̄ predictus W deser-
uiet p̄fato J R in offic̄ tabernarii ₇ aliis occu-
pac̄ licitis ₇ honestis a festo Penthecostes proximo fu-
tur̄ post dat̃ presentium vsq3 ad finem vnius anni pr.
ex tunc sequen̄ capiendo pro stipendio suo per dictū an
num quadraginta solidos ₇ victū ac semel vnā togam
de liberat̃ dci J magistri sui statui suo competent: ₇ di
ctus W bene et fidelit̃ sine fraude et dolo custodiet. ta-
bernam ₇ vina p̄d J magr̄i sui p suis virib₉ in dctā ta
berna approuendo et r̄ndeat idem W de qualibet pipa
plena vini q̄nq3 marcas et dimid̄ si lagena vendat̃ ad.
viii.d. ₇ si ad plus r̄ndeat ad plus: dictus W fidelit̃ faci-
et de dulci vino diligentiam suam sine fraude ₇ dolo ac
curam suam in seruando et vendendo scd̄m q̄ dictus
J magr̄ suus sibi limitabit. Et si aliqd̄ dampnum vino
in dicta taberna ob defcū dicti W vel vastum eueniat
tunc de illo dampno vel vasto id̄ W satisfaciet eid̄ J et
dictus W r̄ndebit de omnibus vasis et Ciphis sibi deli
beratis. Et si seruit̃ dicti W non placeat dicto J in fine
dicti anni liceat sibi dcm̄ W dimittere eodem modo si
dict̃ nō J placuerit dcō J W liceat eid̄ W recedere. In-
cuius rei testimoniū ₇c.

¶ Indentura defesancie inter
partes de seruic̄.

HEc indentura fcā ₇c. testat̃ q̄ licet J R de O la-
bourer tenet̃ R S de C Salter in centum lib.
sterlingorū soluend̄ eid̄ R ad festum sci Michaelis Ar
chāgeli pr. futur̄ put in quadā abligatione inde cōfect̄
plenius continet̃ vult tn̄ ₇ concedit p̄fat R p p̄sentes
q̄ si p̄dictus J steterit et moratus fuerit cū p̄fat R ser-

ussens suus erudiendus in artificio suo de saltercrafte ꝛ in oib⁹ aliis occupac̄ offic̄ ꝛ mysteriis q̄bus id ē R vti- tur vel ip̄m vti cōtigerit a festo Natiuitatis sancti Jo hānis Bapt̄e px.futur̄ post dat̄ p̄ntiū vsqꝫ ad finē vni- us anni extunc px.seq̄ueñ ꝛ sic de anno in annum vsqꝫ ad finē termini septē annorum vno post aliū imediate sequeñ ꝛ plenarie completoꝝ capienđ annuatim durā te termino supradicto a dicto R magistro suo victum ꝛ vestitū ꝛ oia alia sibi necessaria statui suo competentia et.xii.đ.sterl̄ durante dicto termino: ꝛ p̄dcūs J dcō R magistro suo et vxori sue bn̄ ꝛ fideliter deseruiet eorū qꝫ preceptis licitis ꝛ honestis obediet:circa comodū eo rū ꝛ non comodū suum propriū ꝛc̄.vt supra et fideliter se habebit tā dictis q̄ factis erga dictum R magistrum suum:qđ extunc dcā obligatio sit nulla ꝛ si premissa vl aliquod p̄missorū infringat extūc p̄dicta obligatio stet in suo robore et effectu.In cuius rei testimoniū p̄senti Scripto indentat̄ prefat̄ R ꝛ J Sigilla sua alternati appossuerunt Dat̄ ꝛc̄ Anno regni R H.vii. post con- questum Anglie vicesimo

¶ Carta feodi facta in exchambio de duab⁹ partibus manerii ꝛ aduoc̄ eccl̄ie ꝛ reuer̄c.iii.ptis ꝛc.

SCiant p̄ntes ꝛ futuri q̄ Ego W S Armiger de di concessi et hac presenti Carta mea indentata confirmaui J S militi duas partes manerii mei de C in Comitatu B cum oib⁹ natinis meis ꝛ eorū seque la tam procreata q̄ procreanda vna cū oibus terris et tenitis red̄đ ꝛ seruic̄ liberis ꝛ natis ac cum duob⁹ mol̄e dinis vnde vnum aquaticū ꝛ aliud ventriticū cū secta

multuꝝ tā liberoꝝ ꝙ natiuoꝝ cū p̄ratis pascuis ꝛ pasturis viis semitis ripariis aquis piscariis stagnis vinariis turbariis gardinis curtilagiis homagiis wardis maritagiis cōmunis boscis subboscis warēnis moris marissis releuiis Eschaetis Curiis ꝛ sectis Curie cū visu frauciplegii ꝛ cū aliis suis Juribꝫ ꝛ partiñ ꝯsuetudinibꝫ libertatibꝫ ꝛ cōmoditatibus q̄buscūqꝫ eidē manerio spectantibus: dedi etiā ꝛ cōcessi eidē J S aduocationē eccl'ie de E p̄dicto manerio spectañ necnō reuertionem tercie partis p̄dicti manerii ꝙ A matertera mea tenet noie dotis sue cum acciderit post decessū eiusdē A hēndū ꝛ tenenđ p̄d duas partes mañii p̄dci cū oibus natiuis meis ꝛc. vt s̄ vna cū aduocatiōe dicte Ecclesie ac reuerc̄ tercie ptis p̄dicti manerii cum acciderit p̄dicꝭ J et assigñ suis imppetuū in exchambio p̄o manerio suo de H M in Comitatu Oxoñ qđ ego habeo ex dono ꝛ feoffamento p̄eđ J per exchambiū p̄dcm̄ de capitalibus dn̄is feodi illius p seruitia inde debita ꝛ de iure consueta sub forma et conditione sequeñ videlicet ꝙ si p̄dcm̄ manerium de H cum suis ptineñ vel aliqua inde parcella imposterum de me vel heređ meis aut de meis assigñ iusto titulo ex antiquo tempore moto per legis processum ꝛ iudic̄ in Curia dn̄i Regis redditum seu reddenđ recuperetur aut p statutuꝫ Stapule vel Marcatꝭ recogñ vel concessꝫ annuitatis āte hec tēpora per possessores dci Manerii de H factꝭ seu recognitꝭ oneretur seu extendatur: extunc bene liceat michi p̄fato W heređ ꝛ assignatis meis p̄dictuꝫ manerium de C cum omnibus natiuis meis et eorum sequela ꝛc. vt supra vna cum aduocatione et reuercione p̄dicꝭ reseisire / reintrare et ea rehabere et retinere vt in statu meo pristino hac p̄senti Carta mea in-

dentata ac seisina inde liberata vllo modo non obstante. Et ego vero predictus W et hered mei predict manerium de C cum omnibus natiuis meis et eorum seque la &c. vt supra vna cum aduoc &c. ac reuersione tercie partis &c. cum acciderit prefat J hered et assignatis suis in forma premissa contra omnes gentes waran imperpetu et defend. In cui rei &c. vni parti hui Carte mee indentat penes prefat J C remanent Sigillu meum apposui alteri vero parti eiusdem Carte &c.

Obligatio.

Nouerint vniuersi per presentes me R B de &c. teneri et firmiter obligari J H in centum libris sterl Soluendum eidem J aut suo certo attorn seu executor suis in festo Natiuitatis sancti Johannis baptiste proximo futur post dat presentium ad quam quidem solutionem bene & fideliter faciend obligo me hered & executores meos per presentes sigillo meo sigillat. Dat &c. Anno regni Regis &c.

Obligatio de pluribus.

Nouerint vniuersi per presentes nos R C de &c. & G M de &c. teneri &c. C D & J F in centum libris sterlingorum soluend eisdem C & J aut eorum alteri aut eorum cert attorn seu execut suis in die &c. obligamus nos et vtrumque nostrum per se pro toto & in solid hered & executores nostros per presentes. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Dat &c An no &c.

¶ Obligatio abbatis

Nouerint vniuersi p p̄ntes nos thomā walters abbatem monasterii btē marie v̄ginis de Oxoñ in Com̄ Oxoñ ⁊ eiusd̄ loci conuētū vnanimi cōsensu ⁊ assensu tocius capl̄i nostri teneri ⁊c. ad quā sol. ⁊c. Obligamus nos ⁊ suc̄ nostros per p̄ntes Sigillo nostro cōi sigillat̄ ⁊c. vel sic in decem libris sterlingorum pro victualibus aut pro panno ad vsum ⁊ vtilitatē domus nostre ab eodem J empt̄ soluend̄ ⁊c.

¶ Obligatio facta p magr̄m collegii.

Nouerint vniuersi p p̄sētes nos H R magr̄m rectorē p̄positum vel custodem collegii de B vel hospital̄ sācti Johis Baptiste de O et eiusd̄ loci consortes confr̄es vel huiusmodi teneri ⁊c.

¶ Obligatio continens diuersos dies solutionis.

